



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicæ, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

Decisiones Miscellanæ

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Decisio LXXXII. Argumentum. Resolvuntur duo importantes Casus de restitutione facienda à Meretricibus; & de deneganda absolutione divitibus non solventibus Livellos, ac alia debita sua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94626](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94626)

qualche ajuto per la sua povera famiglia. Era solito questo buon huomo d' andare per l' ordinario avanti giorno a questa sua devozione; & occorse, che una volta sentì due ciechi, quali erano venuti per mendicare al solito la limosina, che frà di loro conferivano della quantità del denaro, che si trovavano aver raccolto, chiedendo la limosina alla porta di quella Chiesa. Diceva uno di essi: io ho raccolto de buoni denari, & in questo mio Capuccio tengo cuciti fino à duecento Scudi. Et io, diceva l' altro ne ho trecento nascosti in questo capello. Ciò udito dal povero Cittadino, diede di piglio al capello dell' uno, & al capuccio dell' altro; e farolene padrone ricorse al Santo Arcivescovo per esporgli quello, che passava, e per intendere se poteva interpretare, che la Santissima Vergine tante volte da lui visitata, e supplicata avesse in quella maniera voluto provvedere alla grande necessità, nella quale si trovava? Fecesi all' hora S. Antonino chiamare li due Ciechi, & avendoli ripresi della frode, che facevano al popolo, fingendosi poveri, e non essendo tali; dicendo che erano ad un certo modo ladri, & usurparori di quelle limosine, che à veri poveri di Christo erano dovute, gli esortò, e persuase loro, che avessero per bene, disponesse egli à suo piacere di quel denaro. Al che avendo i Ciechi dato il consenso, lasciò ad uno Scudi venticinque; & all' altro trenta; & il resto lo diede à quel Cittadino, acciò si ajutasse con quella somma per maritare le figliuole.

Fuit secundò quæsitum. An pauper piger elemosinas teneatur restituere: ab omnibus dictum fuit, non teneri, quia licet sit validus corpore, tamen est verè pauper. Diana Coordinatus d. 8. tom. 4. tract. 7. resol. 56. num. 4. Tamburin. in Decal. 6. lib. 8. tract. 4. cap. 1. §. 1. num. 4. Sylvest. Verb. Elemosyna quest. 2. num. 3. Toletus de Sept. peccat. mort. cap. 31. num. 1. Porro contra hujusmodi pauperes pigros, & otiosos, ita scribit Marchantius in Horto Pastor. lib. 3. tract. 4. lect. 13. in fine: Cum dicat Apostolus, Si quis non vult operari, non manducet: Hi ergo non sunt excusandi, quia scriptum est, in sudore vultus tui vesceris pane tuo; Et de muliere laude digna dictum est, Quasi viri lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum. Prov. ultim. Quod notent, qui Sycophantis doctrinam Christianam declarant.

D E C I S I O LXXXII.

A R G U M E N T U M.

Resolvuntur duo importantes Casus de restitutione faciendâ à Meretricibus, & de deneganda absolutione divitibus non solventibus Livellos, ac alia debita sua.

S U M M A R I U M.

1. Meretrix an teneatur restituere lucrum sui Meretricii?
2. Meretrix turpiter agit, & licet lucratur.
3. Filius familias castrensia, vel quasi castrensia, donare potest.
4. Meretrix restituere debet accepta à Religiosis, & filiis familias.
5. Religiosi de licentia Superiorum Livellos suos pro libito donant.
6. Meretricis in confessione quid attendendum?
7. Meretrices egenæ excusandæ à restitutione.
8. Divites non solventes suos Livellos an absolvendi?
9. Debitores ob malam economiam non absolvendi.
10. Debitoris impotentia tribus regulis mensuranda.
11. Confessarii quomodo se gerant cum Nobilibus debita non solventibus?

Meretrix penitens confitetur, tùm à filiis familias, tùm à religiosis plurimas pecunias, tanquam impudicorum actuum mercedem accepisse. Quæritur. An Confessarius debeat eam obligare ad restitutionem?

In resolutione præsentis casus, studiosus Cle-
rus noster & concors, & discors Meretrix, li-
cèt turpiter agat meretricando, non turpiter
agat recipiendo, & ideo tuta conscientia retinere
possit accepta ex turpi quæstu. cap. Venatoribus,
& ibi Glossa dist. 86. Glossa in cap. Ex transmissa,
de Decian. l. 4. §. 1. ff. de condit. ob turp. caus. S.
Thomas 2. 2. quæst. 32. art. 7. Navarrus in Man.
cap. 17. num. 342. Diana part. 2. tract. 16. resol.
38. Quæ in Coordinato est tom. 8. tract. 7. resol.
59. ubi DD. & Anton. Volpi in Resolut. Moral.
Resolut. 33. num. 1. Discordes verò fuerunt cir-
ca obligationem restituendi acceptam merce-
dem à filiis familias, & Religiosis; nam alii af-
firmarunt, Meretricem esse obligandam resti-
tuere, [nisi filius familias dedisset de bonis ca-
strensibus, vel quæst] Cardin. Toleran. lib. 5. cap.
19. Sanchez in Decal. lib. 7. cap. 19. num. 30. Do-
nat. de Regularib. tom. 4. tract. 15. quæst. 26. Lau-
ret. de Franch. part. 1. num. 103. Ricciull. de Me-
rettricib. lib. 2. cap. 33. num. 28. Layman. lib. 4.
tract. 5. cap. 7. Volpi dist. resol. 33. num. 4. Emi-
nentiss. Cardin. de Lauræa dict. tom. 2. disp. 23.
num. 50. & num. 115. Alii tamen negarunt, tùm
respectu filii familias, eò quia vel à Patre aliqua
summa pecuniæ suo arbitrio expendenda solet
relinqui, Molin. de Justit. tract. 2. disp. 242. vel
quia datum Meretrici per filium familias est ab
ipso computandum in sua legitima. l. Omnimo-
do. §. Impurari, & l. Scimus. §. repletionem. C. de in-
officis. test. Mangilius de Impurationib. quæst. 43.
Molin. de Justit. dict. disp. 242. Joan. de Carval.
de Quarta, & legitima part. 4. cap. 1. à num. 257. &
segg. Sylvest. Verb. Peculium. 2. quæst. 9. & Navar.
in Man. cap. 17. num. 164. Tùm respectu Re-
ligiosis, qui cum habeat licentiam à suo Prælato
expendendi Livellum domus paternæ, vel ac-
quisitam pecuniam ex concionibus, vel lectio-
nibus ad sui placitum, vel etiam assignationem
pro Vestuario, quam solvit Conventus, validè
donat, vel solvit mercedem meretrici; ut in
puncto tenent Diana part. 10. tract. 14. Resolut. 4.
quæ in Coordinato est tom. 7. tract. 3. resol. 63.
num. 3. & part. 11. tract. 2. Resolut. 56. quæ in Co-
ordinato est tom. 8. tract. 7. Resolut. 58. Cardin.
de Lugo de Justit. & Jur. tom. 1. disp. 3. num.
142. Salas de Ludo dub. 21. Rebellius de oblig.
Justit. part. 2. lib. 12. quæst. 4. num. 6. Bordon. de
Paupertat. Religiosæ cap. 17. num. 34. cap. 21. num. 25.
& cap. 24. num. 30. ubi alios DD. cumulat. Idem
Bordon. Var. Resolut. part. 1. Resolut. 43. num. 46.
47. ac 71. & Pellizar. in Manual. Regular. tom. 1.
tract. 4. cap. 2. num. 347. ac de Monialib. cap. 6.
num. 31. Vers. Addo hic obiter.

Affirmantium opinio procul dubio probabi-
lior est, & securior; ac non est prorsus reji-
cienda negantium, ad levamen Confessariorum,
qui nimis angustarentur, nisi à restitutione
meretrices penitentes excusare possent. Non
semel earum plures ad pedes meos peccata plo-
rantes habui; quas idem esset in desperationem
adigere, ac ad restituendum compellere. Fa-
teor, anxium hac de causa valde extitisse, sed
negantium opinionem securum, tùm quia Ca-
nonistæ concedunt, dari posse Regularibus à
Can-

Conventu certam summam pecuniæ pro victu, & vestiario, quam pro libito expendant. Navar-
rus *Comment. 3. de Regular. num. 27. Graff. 1. part. decis. lib. 3. cap. 5. num. 55. Sanchez. in Decal. lib. 7. cap. 22. num. 14. & Alcan. Tamburin. de Jure Abbatum tom. 2. disput. 22. quæst. 16. tum etiam quia notorium est in hac civitate publicas meretrices inopes, ac miserrimas spiritualibus æquæ, ac temporalibus bonis extare; ideoque earum paupertas, & impotentia à restitutione mercedis habitæ à filiis familias, seu Regularibus excusant. Rebell. lib. 2. de restitut. quæst. 17. num. 21. Thom. Tamburin. in Decalog. lib. 8. tract. 4. §. 9. num. 2. Card. de Lugo tom. 1. de Just. & Jur. disput. 21. sect. 1. & Bordon. dict. Resol. 43. num. 71.*

Subindè fuit propositus alter casus frequens in praxi, tenoris hujusmodi.

Vir nobilis in Confessione se accusat, Livellos, & alias annuas Pensiones difficillimè solvere, aded ut pluribus creditoribus eas debeat à decennio. Quaritur, An, & quomodo sit capax Absolutionis?

Dixere: distinguendum esse. Si laboret inopia, & sit impotens ad solvendum, esse absolutionis capacem, ex D. D. proxime allegatis in fine primi casus, adstipulantur Comitoli. in Resp. Moral. lib. 4. quæst. 31. Bonacin. de contr. tom. 2. de restitut. disput. 1. quæst. 6. per totam. Gobat. de Sacram. trad. 7. num. 561. Sufficit enim propositum solvendi, cum potuerit. Card. Tolet. lib. 3. cap. 17. num. 3. Navar. in summ. cap. 17. num. 57. Card. de Lugo de Just. tom. 1. disput. 21. in princip. & Eminentiss. Card. de Lauræa dict. tom. 2. de Virtutib. in genere disput. 23. num. 222. & seqq. Quod si ex mera negligentia, vel ex defectu voluntatis, aut malæ economiæ difficillimè solvat, non est absolvendus; quia continuat in peccato mortali, prævaricando contra præceptum de non detinendo bona aliena, quod est simile illi de non accipiendo: ex quibus procedit præceptum restituendi; detentio autem est continuata acceptio. Eminentiss. Card. de Lauræa ubi proxime num. 224.

Porro elaborarunt plurimum in danda regula cognoscendi legitimam impotentiam debitoris ad solvendum. Sed restringendo quæ scripta comperi, tria sunt observanda. Primum, Si restitutio non solum redigeret debitorem ad extremam necessitatem, sed etiam destrueret honestum statum suæ familiæ; tunc debitor absolvi potest, dilata restitutione, cum ad pinguorem fortunam venerit; dummodo creditor non sit in pari necessitate, & status conditione, quia in tali casu creditor est præferendus. Secundus, si necessitas debitoris sit gravior, necessitas verò creditoris sit levior, potest differri solutio; & multo magis, si ex ea resularet debitori periculum propriæ famæ, vel notabile damnum Reipublicæ. Tertium, Vir nobilis, qui asserit, se non posse solvere sua debita, ne cogatur descendere à suo statu solenni, & pomposo, restringendo scilicet numerum famulorum, equorum, conviviorum, & similium expensarum, absolvi non debet, quia hanc pompam, & solennitatem debet profiteri are proprio, non autem alieno. Ita ex Card. de Lugo d. tom. 1. de Just. d. disput. 21. sect. 1. Comitoli. d. lib. 4. quæst. 31. Navar. in summ. cap. 17. & num. 55. & Eminentiss. Card. de Lauræa d. disput. 23. art. 5. per totum.

Doct. Clericali Tom. II. Lib. IX.

Caveant igitur Confessarii, nè faciles sint in absolvendis debitoribus, qui solvere per plures annos distulerunt suos Livellos, & annuas pensiones; & notent monita Card. Toleti d. lib. 3. cap. 17. num. 3. & Posslevini de Offic. Curati cap. 15. num. 36. §. Impossibilitas; nec non Jacobi de Graffis Decis. Aur. part. 1. lib. 2. cap. 132. num. 43. qui hortantur Confessarios esse constantes, & audaces in neganda absolutione morosis debitoribus; & jure quidem tum favore creditorum, qui languescere coguntur, præcipuè Religiosi, Monasteria, & loca pia; tum respectu animarum eorundem debitorum, quos, estò verè poeniteat negligentia, atrox poena aduret in Purgatorio; juxta exempla relata à Matre Franciscæ de SS. Sacramento Carmelita Discalceata in libro Apparitionum animarum Purgatorii cum observationibus Episcopi Olinen impresso Venetiis anno 1680. num. 9. 13. & num. 146. ubi exempla moderna, & terribilia, quæ Parochos legisse juvabit, & populum, si eidem referentur.

DECISIO LXXXIII.

ARGUMENTUM.

Quid, & Quotuplex sit Prudentia? Quæ ejus munia? Quæ virtutis Prudentiæ partes integrantes? Quale ejus Objectum? Subjectum? Quæ vitia Virtuti Prudentiæ opposita?

SUMMARIUM.

1. Prudentia quid sit?
2. Quotuplex?
3. Prudentia munera tria. Et quæ?
4. Epicheja quid sit?
5. Prudentia partes integrantes octo. Et quæ?
6. Prudentia subjectum quale?
7. Prudentia quæ sint vitia adversantia?

Scire oportet, Prudentiam tanquam virtutem in genere sumptam, esse cognitionem rerum appetendarum, & fugiendarum. Ex S. Thom. 2. 2. quæst. 47. art. 1. Ciceron. l. de offic. Calepin. Verb. Prudentia. Alii, quod sit habitus cum vera ratione activus circa ea, quæ bona, vel mala homini sunt, in quantum homo est. Ex Aristot. 6. Ethic. cap. 5. & ibi Sylvest. Maurus num. 4. Emanuel. Thesaur. in Moral. Philos. lib. 17. cap. 10. Fagnan. in cap. Ne imiteris, num. 66. De Constit.

Plures autem divisiones Prudentiæ fuerunt adductæ. Prima quod alia sit Prudentia Virtuosa, alia similitudinaria (quæ non est Virtus, sed naturalis quædam habilitas tam in homine, quam in brutis) alia Prudentia Carnis, quæ est astutia, seu calliditas ad male agendum, ex Apostol. ad Roman. 8. & Aristot. 6. Ethic. cap. 12. Secunda, quod prudentia, tanquam Virtus, alia sit Philosophica, alia Christiana. Illa respicit media felicitatis humanæ; ista supernaturalis, & æternæ. Eminentiss. Card. de Lauræa dict. tom. 2. in 3. lib. sent. disput. 10. num. 42. Tertia, quod Prudentia Philosophica vel sit Monastica, quæ dirigit ipsum prudentem, vel Oeconomica, quæ residet in Patrefamilias, vel Politica, quæ spectat ad Regem, & principem, & hæc subdividitur in Legislatricem, quatenus procurat bonum regni tempore belli. S. Thom. 2. 2. quæst.